СВЯТОЕ СЕМЕЙСТВО: ИИСУС, МАРИЯ И ИОСИФ

Antiphona ad introitum

Deus in loco sancto suo: Deus, qui inhabitare facit unanimes in domo; ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suæ.

Collecta

Deus, qui præclára nobis sanctæ Famíliæ dignátus es exémpla præbére, concéde propítius, ut, doméstícis virtútibus caritatísque vínculis illam sectántes, in lætítia domus tuæ prǽmiis fruámur ætérnis.

Antiphona ad offertorium

In te speravi Domine : dixi : Tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea.

Super oblata

Hóstiam tibi placatiónis offérimus, Dómine, supplíciter deprecántes, ut, Deíparæ Vírginis beatíque Ioseph interveniénte suffrágio, famílias nostras in tua grátia fírmiter et pace constítuas.

Præfacio

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui, in huius venerándi festivitáte mystérii, invisíbilis in suis, visíbilis in nostris appáruit, et ante témpora génitus esse cœpit in témpore;

ut, in se érigens cuncta deiécta, in íntegrum restitúeret univérsa, et hóminem pérditum ad cæléstia regna revocáret.

Входной антифон

Бог во святом Своем жилище. Бог одиноких вводит в дом. Он дает силу и крепость народу Своему.

Коллекта

Боже, Ты соблаговолил явить верующим пример Святого Семейства. Помоги и нам преуспевать в семейных добродетелях и укрепи между нами узы любви, чтобы в будущем веке мы вступили в вечную радость Твоего дома.

На приношение даров

На Тебя, Господи, я уповал: я сказал: Ты мой Бог, в Твоей руке дни мои.

Молитва над дарами

Приносим Тебе, Господи, жертву умилостивления и смиренно просим Тебя, по ходатайству Богородицы Девы и блаженного Иосифа укрепи Твоею благодатью наши семьи и даруй нам мир.

Префация

Воистину достойно и праведно, должно и спасительно нам всегда и везде благодарить Тебя, Господи, Отче Святой, всемогущий, вечный Боже, через Христа, нашего Господа.

Он, Чью тайну воплощения мы чтим в празднование Рождества, Сам невидимый, стал видимым для нас, рождённый предвечно — начал жить во времени, чтобы, в Себе восставив падшее творение, в целости воссоздать вселенную и погибшего человека возвратить в Царство Небесное.

Ant. ad communionem

℟ Tolle puerum et matrem eius, et vade in terram Israel : defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri.
℣ Beatus omnes qui timet Dominum, qui ambulat in viis eius.

Puer natus in Bethlehem,

alleluia. Unde gaudet Jerusalem, alleluia, alleluia.

℟ **In cordis jubilo Christum natum adoremus, cum novo cantico.**

2. Assumpsit carnem Filius, Dei Patris altissimus.
3. Per Gabrielem nuntium, Virgo concepit Filium.
4. In hoc natali gaudio, benedicamus Domino.
5. Laudetur sancta Trinitas, Deo dicamus gratias.

Post communionem

Quos cæléstibus réficis sacraméntis, fac, clementíssime Pater, sanctæ Famíliæ exémpla iúgiter imitári, ut, post ærúmnas sǽculi, eius consórtium consequámur ætérnum.

Alma Redemptoris Mater

quæ pervia cæli Porta manes,
et stella maris,
succurre cadenti, surgere qui curat, populo:
tu quæ genuisti, natura mirante,
tuum sanctum Genitorem,
Virgo prius ac posterius,
Gabrielis ab ore sumens illud Ave,
peccatorum miserere.

Причастный антифон

℟ Возьми Младенца и Матерь Его, и иди в землю Израилеву; ибо умерли искавшие души Младенца.
℣ Блажен всякий, боящийся Господа, ходящий путями Его.

Мальчик родился в Вифлееме,

аллилуйя, Посему радуется Иерусалим, аллилуйя, аллилуйя.

℟ **В ликовании сердец поклонимся рожденному Христу с новой песнью.**

2. Воспринял плоть Сын, Всевышний (Сын) Бога Отца.
3. По слову Гавриила, Дева зачала Сына.
4. Радуясь Рождеству, благословим Господа.
5. Славься Святая Троица., Возблагодарим Бога.

После причащения

Всемилостивый Отче, ты укрепил нас небесными Таинствами. Помоги нам подражать Святому Семейству, чтобы, пройдя через тяготы жизни земной, мы последовали за Ним в жизнь вечную.

Матерь-кормилица

Искупителя, охраняющая приветные врата небесные, Звезда путеводная, поспеши на помощь падшему народу, который жаждет подняться. Ты, родившая к изумлению природы собственного Святого Родителя, Дева вечно девственная, принявшая из уст Гавриила благую весть, смилуйся над грешными!